

*ationum
spec.*

Q. F. F. Q. *Q 2821.34.*
SPECIMEN ACADEMICVM
DE
ERRORIBVS
FL. IOSEPHI CIRCA
HISTORIAM DILUVII,

CONSENTIENTE
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
IN REG. ACADEMIA GRYPHISW.
PRAESIDE
VIRO AMPLISSIMO
Mag. ELIA Trågård,
PHIL. PROF. REG. CELEBERRIMO,
DIE XVI. MAJI MDCCCLXXV
IN AUDITORIO MAIORI
PVBLICE EXAMINANDVM
SISTIT
OLAVS LINDEROT
GOTHOBVRGENSIS.

GRYPHISWALDIAE
STANNO RÖSENIANO.

A M O N S I E U R
MONSIEUR
S A M U E L
D E LÖFVENSKJÖLD

Grand - Commissaire de l' Amiraute
De Sa Majesté le Roi de Suede

E T

A M A D A M E
MADAME
J E A N N E B E A T E
D E LÖFVENSKJÖLD
née Baronne de RAAB.

Monsieur et Madame,

Si je m'avois de vouloir d'étailler tous les bienfaits dont il VOUS a plu me combler, je m'expoferois à les obscurcir, et à paroître moins reconnoiffant à VOS yeux. Il me feroit impossible de trouver des exprefſions capables de peindre au naturel VOS ames bienfaisantes, et de priser dignement les effets que j'en ai reſſentis depuis tant d'années. Soufrés MONSIEUR et MADAME qu'un coeur pénétré de reconnaissance et de respect qui ne fait ce que c'est que de flatter, s'aquife d'une partie de ses devoirs dans une occasion qui fe présente en fin de faire paroître publiquement fa ſenſibilité et fa dévotion. Jamais les bienfaits dont j'ai joui dans VOTRE illustre maſon, ne ſortiront de ma mémoire; jamais je ne cefſerai d'adrefſer au ciel des voeux ardens pour VOTRE conſervation et pour celle de toute VOTRE famille. VOUS voudrés bien me permettre de VOUS oſrir tréſhumblement cette petite production comme une marque de mon application et des progrès que je puis avoir faits à l'Academie.

Je ſuis avec la plus vaste reconnoiffance et un très profond
respect

Monsieur et Madame

Votre tréſhumble, tréſobéissant et
très dévoué Serviteur
Olave Linderot.

Contractis Probsten samit Kyrckjoherden
vid
Lwååkers och Spannarps Församlingar
Högårevördige och Höglärde Herren,
Her SVEN LINDEROT
Sanit
Prostinnan Högåreborna Frun,
Fru ELSA C. LINDEROT
Född HUMMELL

Mine Huldaſte Föräldrar.

Förgåves bemödar jag mig, att tillbörlijen skillda de Välgerningar, hvarmed J, mine huldaſte Föräldrar mig överhopat; Förgåves bjuder jag ock till, att tolkka de ömmaste känslor af djupaste och häftigaste tackfamhet, som utan återvändo, i mitt hjerte uppväckes. Går jag med mina tanckar till förfutna tider, och betraktar de oräknliga omfotger, I, för mitt väl burit; Kan jag ey annat än häpna, öfver Eder outrötteliga möda. Ifrån min förra födloftund intill närvarande tid, här Edra endaſte systemäl varit, att utrota alla syggheter och inplanta det, som kunde góra mig lyckelig, både vti denna, och en tillkommande verld. Jag känner Edra Edla hjertelag Huldaſte Föräldrar: J äftunden äfven få litet, att se Edra Föräldren och Loford afmålade, som dåtill känliga färgor hos mig finnas. Jag är sääledes fäker, att J ey missycken, det jag vågat med Edra Ålksade nann pryda detta mitt lilla Academiska arbete. Upptagen denna förfaling, som jag har åran Eder, mine Huldaſte Föräldrar, tillägna, ey såsom veder-gällning för den osparda omvärdnad, som J mig visat, utan anfen dett helldre, blott såsom ett vittne till den vördnad och årkänsla, hyaraf mitt irre är uppfylt. Hvad hos mig fattas, hoppas jag uppfyllas af den Mägtigaste och Störste Belönaren, som förmår åläda grunden af våra hjertan. Att för den Nädige Guden med ifrigaste suckar bönfalla, det han ville förlänga Edra lifsdagar till kåre Syfkons och min hjerteligaste tägnad, och góra Eder lefnaden förmöyelig, samt evigheten fall, är städje föremålet af den önskan, hvarunder jag med barnslig vörndad har åran förblifva

Mine Huldaſte Föräldrars

Ödmjuκ lydige Son
Olaus Linderot.



§. I.

Statis cuius videatur mirum, celebrem Iudeorum histori-
cum EL. JOSEPHVM in scriptis, quae de *Antiquitatibus
Iudaicis* posteritati reliquit, ab historia sacra non raro
discrepare. Etenim ille, quippe natione Iudeus eiusque
gentis non ex ignobili sacerdotali profapia ortus, singula hi-
storiae, quam scribere in se susceperebat, inseruientia, si quis
alius, sibi habere perspectissima potuit atque debuit. Idque tan-
to potius, cum vetustissima monumenta, scripta Mosis puta,
et reliquos textus S. libros historicos illi haud quaquam, cum
ad scribendum se componeret desuisse ex ipsius praefatione li-
bri (a) certum crederemus. Nihilo tamen minus adeo in mul-
tis, quod dudum obseruarunt eruditii, hallucinari deprehendi-
tur, vt lectori facile suspicio suboriri posset, illum nec linguam
hebraeam, qua antiquissima historia conscripta est, satis cal-
kuisse

(a) *Antiqq. Iud. L. I. C. I.*

A 3



Iuisse; id quod de illo paritera Philone disertis fateri audet verbis CAPELLVS (b), Illi Jane, inquiens, linguam Graecam percalluerunt, verum in hebraica infantes plane fuerunt, si modo quid omnino hebraice sciuisse dicendi sunt, adeo frequenter, turpissime in originationibus hebraicis et explicatione vocabulorum hebraicorum, hallucinantur et impingunt, ut caeci in tenebris: nec ex satis fideli translatione sacrorum librorum quae scripsit haufisse. Quin et occurrunt nonnunquam, quae lectorum vt crederet inducere possent, historicum nostrum ex memoria, quae saepe est fallax, et antiquis traditionibus iisque admodum incertis atque fruolis multa depromissee. Haec laudati auctoris et aliorum de IOSEPHO iudicia an aequa sint vel iniqua ponderare meum hoc loco non facio negotium. Paucissimis tantum, quae exercitio academico sufficiant, illius circa historiam diluuii errores hic mihi notandi venient.

§. II.

Horum primus obseruatur in descriptione arcae, quam nobis exhibet MOSES Gen. VI, 14-16. iusu Dei Noachum fecisse talem, vt tres habuerit contignationes. Verba de hoc sunt: תְּחִזִּים שָׁנֶם וְשָׁלֶשׁ תַּשֵּׁחַ i. e. infimarum, secundanarum et tertianarum (manscionum) facito eam. Ex qua definitio ne haud aliud concludi potest, quam totam arcam trecentos cubitos longam, latam quinquaginta et triginta cubitos altam tres habuisse mansiones maiores, vnam super aliam exstructam, quales contignationes in aedificiis vocamus, et harum vnamquamque in plures cameras minores fuisse diuisam, quae קְנִים nidi v. 14. dicuntur. Ad quas referri debent vt epitheta voces שָׁנֶם תְּחִזִּים et שָׁלֶשׁ; cum quo coincidit etiam versio LXX habens: Καταγάνα διωροφα νει τειωροφα, nec non Targ. ONKELOS in hunc sensum reddens: *Mansiones inferiores, secundas et tertias facies in ea.* His tamen non obstantibus Iosephus arcam quatuor contignationum fuisse narrat, *Noe, inquiens, solus est servatus, diuino oraculo viam euadendi et rationem edocens* tales.

(b) Defens. Crit. §. XIV. p. 571.

* * *

talem. *Arcam quatuor contignationum* (λαγύνα τετράσεγον) exstruxit (c). Hic qua ratione aut auctoritate ductus quartam contignationem addiderit videre non est in promptu, nisi forte per suum τετράσεγον intellectum voluit quatuor tabulata, imo nimirum arcae fundo vel paumento et supremo tecto connumeratis. Quod quidem descriptioni Mosis non repugnare dicendum esset, sed tamen minus fideliter etclare ad monumentorum fidem historiam suam composuisse hoc loco censendus esset, quae per תְּהִתּוֹן שׁוֹם וְשָׁלָשׁים רַבִּישׁ seu quartarum mentionem facientia. Ut taceam, vocem Graecam σεγν̄ nec apud Sacros nec profanos scriptores aliud quam τέττυμ significare quo ab iniuria coeli homines et res illorum defenduntur, seu quod supimum est in aedificio, vel vt apud Latinos notat domum, habitationem, quo significatu apud Eurip et Sophoclen usurpari inuenitur, item Act. XX, 9. αὐτὸς τὸ τρίτην a tertia contignatione. Alterutro horum sensu si Iosephus, quem linguae Graecae apprime gnarum fuisse non negamus, vocem istam hic adhibuerit, illum et textui historiae S. authentico et versioni LXX contradicere adeoque falsa narrare in aprico est.

§. III.

Porro tempus, quo pluvia incepit, definitur hic historicus a textu hebraeo primo qua diem initii eius discedit. Sicut Scriptor ficer Gen. VII, 11. habet: *Anno sexcentesimo vitae Noachi, menję secundo כשבע' עשר יומָם decimo septimo die huic mensis; hoc ipso die diffiderunt se omnes fontes abyssi magnae et catastrophae coeli se appenerunt.* Noster autem versionem των LXX, vel haec illum, sequens εβδόμην και εκατόν τρεις μηνος die septima et vigesima mensis hanc vastitatem contigisse vult. Secundo: addit praeterea quod sine dubio in Scriptis Mosaicis nunquam inventum fuit: quantum nimirum temporis spatium inter creationem Adami et diluvium intercesserit. Ipsius sunt verba:

A 2

Vim

(e) Antiqu. Ind. L. I. C. IV.





Vini autem imbrum coepisse ait (Moses) vigesima septima die iam dicti mensis, post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesimum quinquagesimam sextum (d). Quem annorum numerum mox dein ad calculum reuocat asserti veritatem probaturus; talique nititur fundamento: Non sunt autem, inquit, disquirendi obitus virorum illorum, cum liberis enim nepotibusque suis vitam extendebant, sed natales tantum eorum in hac ratione sunt spectandi. Hic primo, dies septimus et vigesimus pro decimo septimo nominatus omnino vitio laborat, quippe ab historia textus hebraei discrepans, in quo licet versionem των LXX secum consentientem habeat Iosephus, reliquae tamen omnes dissentiant cum codice hebraeo facientes. Similem alibi in hoc capite committit in narratione sua errorem, vbi cum a textu authenticō tum a LXX discedit, in quod curatius inquirendi mox infra occasio seſſe offert. Interea hic secundo obſeruandum, auctorem nec chronologiam sequi hebraeam, secundum quam a creatione mundi ad eius per aquas interitum praepterierunt anni mille sexcenti et quinquaginta ſex, nec computum LXX viralem, qui ſpatium temporis annorum bis mille ducentorum et duorum ſupra ſexaginta ponit, approbaſſe. Ipsius vero calculum nuper dicta ratione ſuperstructum non minus, quam illorum fallum eſſe variaque ex illis absurdā deduci poſſe dudum euictum deſerunt Frider. Spanhemius in chronologia Sacra p. 263. et poſtea Petrus Brinch Danus in Chronologiae Iosephi examine edito Hafniae A. 1701, mihi citati a IO. ALB. FABRICIO (e), monſtrantes pluribus exemplis, in libris Iosephi paſſim tempora ſupputari et numerum annorum ita tradi, vt nec inter ſe ſatis, nec cum Graeca LXX interpretum verſione, nec cum externis ſcriptoribus conueniant. De illorum tempora ſupputandi ratione videantur inter plures IOH. GOTTL. CARPZOVIUS (f) et DIONYS. PETAVIUS (g). Ideoque hoc negotium nimis longum quod foret

(d) I. f. cit.

(e) In Biblioth. Graec. Lib. IV. C. VI.

(f) Introd. ad Lib. Canonici. Bibliae V. Tti. P. I. C. IV. p. m. 65 et ſeqq.

(g) In Rationar. tempor. P. II. Lib. II. p. m. 76.

foret et ad scopum minus pertinens hic sicco mihi pede praeterire liceat.

§. IV.

Vlterius narrationem persequens Iosephus ait: *Centesima autem et quinquagesima die, postquam pluere desit, tandem coeperunt aquae sidere, mense septimo, septimo die mensis. Vbi iterum negligenter admodum ab historia sacra recedit et non bene cohaerentia narrat. Etenim si imbres coeperunt sexcentesimo aetatis Noachi anno, mense secundo, (in quo cum Mose Gen. VII, 11. consentit, hoc loco in eo tantum discrepans, quod decem dies addit loco decimi septimi vigesimum septimum diem nominans,) et aquae, ut ait, sidere coeperunt mense septimo, vbi itidem cum textu hebreo Gen. VIII, 3. facit, excepto quod dies decem superiori loco additos hic detrahatur; verum vtique nequaquam esse potest, hanc aquae diminutionem coepisse centesima et quinquagesima die postquam plueret desisset, tunc enim ista diminutio aquae integrum mensem et dies decem ferius evenisset, cum tamen secundum relationem Mosis quadraginta isti dies quibus pluebat, etiam hoc numero centum et quinquaginta dierum sunt comprehensi. Quem calculum rite sese habere patet, ut nil in narratione S. auctoris, quod veritati repugnet inueniatur. Secundum hanc nimurum Gen. C. VII, 11. sexcentesimo anno aetatis Noachi, die decimo septimo, diffiderunt se omnes fontes abyssi magnae et cataractae coeli sese aperuerunt. Aquae praeualuerunt super terram centum et quinquaginta dies, verf. eiusdem Capit. 24. et arca quietuit super Ararat die decimo septimo mensis secundi sequentis anni. Iam triginta diebus in singulis mensibus numeratis, euidentis fit, terminum a quo centum et quinquaginta dierum esse initium imbrium, terminum vero ad quem, diem, quo substituit arca super montes Ararat, adeoque totam narrationem optime cohaerere, secus quam Iosephi, quae ob narratas res circumstantes inter se aperte pugnantes non potest non sublestae esse fidei, ut omnino reici debeat.*

B

§. V.



*seq̄ idem oculi sibi ag. V. q̄ uerdin miq̄ d̄ 15 1613
m̄ oculi ex 1613*

Diem quoque cum subsidere cooperunt aquae; alium quam Moses Iosephus nominat, nimurum septimum, vbi non solum ut antea ad Gen. VII, 11. a textu hebraeo, qui habet decimum septimum, recedit vid. § III. sed etiam a LXX. Intrpr. vigesimum septimum hic ad C. VIII, 4. aequa ac ibi, exponentibus, cum quibus tamen priori loco consenserat; vnde quoniam aut quali codice biblico usus fuerit haud conicere quisquam poterit. Praeterea hic obseruamus, illum haud ausum fuisse cum Scriptore Sacro diem, cum arca substitut, eundem definire, quo aquae diminui cooperunt; sed illum hoc seriorum fuisse narrare videtur, stante, inquiens, *dein arca in vertice montis cuiusdam in Armenia* etc. Hisce procul dubio innuere voluit, postquam aquae subsidere coepissent, complures tamen requiri debuisse dies, antequam arca in monte Ararat fistere posset, quippe super quem, si altissimus fuisse praesupponitur, id quod hic v. 4. coll. cum seq. indicat, aqua quindecim cubitos ascenderat, vid. Cap. VII, 20. Atque ideo vix fieri potuisse credidit, ut unico die per spatium tot cubitorum aqua diminueretur; imprimis cum septuaginta tres dies postea primum apparere coeperint cacumina reliquorum montium. C. VIII, 5. Ideoque reticendo diem a Mose dictum, quo arca substitut, tanto maiorem historiae suae probabilitatem apud Ethnicos conciliare studuit subinnuens, inter initium decrementi aquarum et quietem arcae longius intercessisse temporis spatium. Hinc quoque coactum se vidit; reliqua, quae Noacho cum suis adhucum in arca super montem habitantibus acciderunt, in minorem dierum numerum contrahere, ut mox infra videbimus. At vix crederem, naturae rerum repugnare, ut unico die tantum decrecerent aquae quindecim cubitorum altitudine super montem, ut arca quiescere in illo potuerit, si nempe ponamus, initium defectionis aquarum circa primas diei decimi septimi et quietem arcae circa ultimas eiusdem horas euennisse. Et quidem in primis si assumatur hypothesis LIGHTFOOTI

FOOTI (h) dicentis, arcam innataesse aquis pressam cubitis vndecim. Quibus politis, per totum diem decimum septimum a Mose memoratum decremento aquarum vnicitatum cubiti, ni fallor opus fuit, vt arca firmiter in monte confisteret; vt, adeo nil absconsi vel contra rerum naturam in ista relatione historiae sacrae deprehendatur, nec ambigua narratione fidem sibi ad conciliandam Scriptor equisset.

§. VI.

Dein, in sequentibus quoque dissentire Iosephum patet a Scriptore Sacro, quem tamen se sequiturum in praefatione operis sui promittit. Aues nimurum a Noacho emissos memorans, stante, ait, *dein arca in vertice montis cuinsdam in Armenia, sentiens hor Noe, apernit eam: et videns circa illam aliquantulum terrae, meliore spe concepta quietuit. Mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit coruum, cupiens cognoscere, si qua alia parte terrarum aquas recessissent, ut tuto exscendere posset.* Hic, licet haud quisquam necessarium iudicauerit, vt prifica, quibus vtitur monumenta, historicus mere describat, parum tamen neque quasensum Mosen auctor noster sequitur nimium angustum temporis ponens spatium inter diem, qua arca in monte substitit et emillionem corui, cum tamen secundum relationem S. Autoris Gen. C. VIII. v. 4, 5, et 6. inter se collatis pateat, inter diem, quo arca quietescere coepit et emissionem corui duos menses et viginti tres dies praeteriisse, qui sane in hac computatione pauci dies dici nequeunt. Coruus haud euolare potuit antequam cacumina montium aquis nuda vidisset Noach; et quidem non statim, simul ac hoc comperisset, id factum esse credendi rationem historia suppeditat, ni forte fine rationali scopo Patriarcham quidquam suscepisse diceres. Hunc alitem ad Noachum rediisse etiam memorat; id vero ex historia Mosis concludi non potest vbi v. 7. legimus וְיָצָא יְצָא וְיָשַׁב et abiit eundo et reuertendo, donec exsiccarentur aquae. Scilicet in arcam ad

B 2

Noa-

(h) in observat. ad Gen. p. 155.



Noachum ut rediret isti autem haud opus fuit, satis enim escae invenire potuit in cacuminibus montium vel editoribus locis iam aqua nudatis, in quae sine dubio plurima inueniebantur mortuicia hominum atque animalium, qui circa initium diluvii, aqua magis magisque crescente, illuc se receperant falso spectantes futurum, ut periculum submersionis euitarent. Indicant igitur verba יְהוָה יְשֻׁבֵּן ibat et redibat, id est, ultra citroque volabat circa arcam, coruum haud in arcam ad Noachum rediisse, vnde LXX. reddunt εξελθων επι ανεργειαν egrediebatur et non reuertebatur. Nisi forte ad arcae tectum tantummodo redierit indeque ad escam euolauerit eoque reuersus fuerit, donec terra ficcaretur. Ultimo denique duas columbas v. 8, 10. alteram septem dies post alteram emissam non memorat, vnius tantum mentionem faciens, quae rediit fractum folium oliuae in ore ferens v. 11. tertiam quoque, iterum post alios septem dies euolantem v. 12. quae non rediit, omisit, post cuius abitum tandem Noachus cum familia sua et cunctis animalibus ex arca egrediebatur. Haecce omnia intra viginti, vel triginta circiter dies, secundum narrationem Iosephi facta credentur, id quod non potest non omnem superare fidem. Contra vero secundum Mosen Gen. VIII. omnia bene cohaerent, a die, enim quo substitut arca in monte, scilicet die decimo septimo mensis septimi anno aetatis Noachi sexcentesimo usque ad diem vigesimum septimum mensis secundi anno sexcentesimo primo, sex menses et decem dies praeterierunt. Qui magnus satis inter utrumque scriptorem diffensus deprehenditur.

§. VII.

Hasce in unico tantum capite Operis Iosephi, dum obseruamus a Mose discrepantias, an historia eius in aliis magna adeo fide digna sit habenda ut dubitaret facile quisquam induci posset. Saltem promissi in capite libri primo dati parum se memorem praefitit, cum hoc caput quartum de diluvio scriberet. Ibi praefens, inquit, opus aggressus sum, ratus Graecis

eis omnibus non iniucundum fore. Complectetur enim universam nostrae gentis antiquitatem, formamque reipublicae ex hebraicis litteris translatam. Et paulo infra, post debitas Mosis eiusque scriptorum laudes: *Haec omnia (res gestas Iudeorum) praeiens oratio accurate suo quaque ordine docebit, ita ut nos facturos sumus polliciti, neque subtrahendo quidquam, neque addendo.* Itidem alibi (i) testatur, se quae de hisce scriptis, non aliunde, quam e sacris libris Mosis, et ex hebraicis litteris diligenter transtulisse. Attamen in historia diluvii non modo temporum suppurationem, quam genuina et authentica magni Prophetae scripta suppeditant, illum deseruisse, sed varias res circumstantes mutasse, quin et alias subtraxisse, atque adeo historiam mutilasse paucis his pagellis monstrauit. Quid ergo sentiendum? Aut Iosephus libros *Mosis*, hanc de diluvio historiam componentis ad manum non habuit ex sola memoria talia promens, aut exemplari codicis sive hebraei, sive versionis LXX, sive denique hebraeo Graeci, vt vult cel. TYCHSEN (k) eodemque, quocunque demum fuerit, ad modum vitiatuſ us est. In quale si inciderit historiam gentis suae scripturus, parum sane accurata linguae hebraeae notitia illum fuisse instructum id proderet, nec magis exquisitam historiae Mosiae peritiam redoleret. Attamen nequaquam propositum mihi habere vellem cum nonnullis, quamvis non exigui nominis viris, quos vide apud FABRICIUM (l), de laudibus et fide huius ab aliis tantopere laudati scriptoris detrahere. Lubens potius crederem, Iosephum gente quippe Iudaeum professione sacerdotem et rerum turbulentissima tempestate nationis suae gerendarum prudentissimum, eo insuper tempore viventem, cum lingua hebraea adhucdum non plane esset demortua, non minori, ut putat cel. MICHAELIS (m), linguae hebraeae cognitione, quam plurimi doctorum nostro

B 3

aevo

(i) L. Antiqu. X. C. XI.

(k) Tentam. de Var. Cod. hebr. V. T. S. S. p. 79.

(l) loc. s. cit.

(m) In Oriental. et exeg. Biblioth. P. V. p. 223.



aevo viventium pollut, instructum fuisse. Huic quidem plagulae titulum inscripti *Errores Iosephi circa historiam diluuii*. At metonymice id esse intelligendum, vix opus esse reor, vt moneam, pro eius historia, nostris temporibus quae legitur. Illam non in hac sola narrationis parte, sed multis etiam aliis locis valde hallucinari est quod negari nequit. Cfr. laudat FABRIC. (n). Vnde ad excusationem tanti viri nil poterit dici iustius, forte nec quid certius, quam librum istum, sive iam fabulantibus Iudeis, sive Graecis, id sit tribuendum, enormiter esse corruptum. Exemplis singulis, vbi a S. Codicis hebrei scriptoribus discrepat, id si foret probandum, non specimen Academicum, sed magnae molis volumen conscriberem. Hoc negotium alii, si non dudum factum esset, in se suscipiant. Eiusmodi multa Antonium Vandalen libro de *Origine ac progressu idolatriae* C. VII. nec non in libro adverbus historiam Aristae C. X. et XI. et p. 500. collegisse ultimo laudatus Auctor nos docet. Ego Horatiano isti obtemperans materiam scribendi meis viribus aequam sumpsi, vt hic faciam.

(n) l. cit.

FINEM.

CVII

IX. 2. X. pp. 164. 165. 166. 167. 168.

CVIII CVIX CVII CVI CVV CVIV CVIII CVII CVIII CVII

CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII

CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII

CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII CVII

COROL-

* * *

COROLLARIA.

I.

Centum et viginti anni hominibus antediluvianis a DEO dati Gen. VI, 3. ad poenitentiam agendam illis concessi fuerunt; non vero, vt vult IOSEPHUS, tot annos vitae humanae spatium in posterum futurum fuisse verba illa innuunt.

II.

Falli et fallere idem videtur Auctor dum narrat, Noachum cum familia sua in aliam regionem longe ante quam diluvium incideret, ab impiis hominibus migrasse, ne ab illis occideretur.

III.

Id si verum esset, sequeretur, vt Patriarcha et filii eius ipsi soli sine aliorum hominum auxilio arcam exstruxerint, quod tamen opus longe fuit difficilius, quam a tam paucis hominibus vt perficeretur, si vel centum et viginti annos huic labori illos impendisse crederemus.

IV.



IV.

Omnis et singulos homines paulo ante diluvium adeo deperditos fuisse peccatores, ut de salute illorum aeterna sit desperandum, affirmari nequit.

V.

Arcam, in qua servati fuerunt octo illi homines cum animalibus, primum in mundo fuisse navigium non est quod credamus.

VI.

Montes tantae altitudinis, ac nunc sunt, ante diluvium non existisse probabile est.

T A N T V M.

Montes tantae altitudinis, ac nunc sunt, ante diluvium non existisse probabile est.

30.12.99


ULB Halle
003 006 867

3



f

SB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

Q. F. F. Q.

Q 2821.34.

SPECIMEN ACADEMICVM

DE

ERRORIBVS FL. IOSEPHI CIRCA HISTORIAM DILUVII,

CONSENTIENTE

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
IN REG. ACADEMIA GRYPHISW.

PRAESIDE

VIRO AMPLISSIMO

Mag. ELIA Trågård,

PHIL. PROF. REG. CELEBERRIMO,

DIE XVI. MAJI MDCCCLXXV

IN AUDITORIO MAIORI

PUBLICE EXAMINANDVM

SISTIT

OLAVS LINDEROT

GOTHOBVRGENSIS.

GRYPHSWALDIAE

STANNO RÖSENIANO.

